

gnificare moestitiam, et dolorem; quod et beatae Virginis satis competit, cum Maria amaritudinem significet, quam animae Virginis intulit amarus passiois Christi calix, iuxta illud Simeonis (Luc. 2): *Tuum ipsius amaram pertransibit gladius*. Tandem ultima litera a, nempe *aleph*, quam doctrinam diximus significare, ideo certe repetitur in nomine Mariae, quia cum ipsa non solum hominum, sed angelorum magistra fuerit, non solum homines, sed et angelos salutari sua doctrina imbuat: si enim inferiores angelis ab aliis illustrantur, immo, et ab Apostolis, Paulo id attestante (ad Ephes. 3): *ut innotescat principibus, et potestatibus, in caelestibus, nihil mirum, quod superiores a beata Virgine illuminentur*.

Ad haec Leonardus de Ulino (sermone de natiuitate), per quinque literas huius sacri nominis Maria, quinque preciosos lapides intellegit, quibus Marianum diadema exornatur. *M* Margaritam designat, quia sicut illa vim habet confortandi cor, sic nomen Mariae in omnibus periculis cor stabilis, et trementi animae firmissimum refugium est, Ecclesia canentem: *Sub tuum praesidium confugiuis, sancta Dei Genitrix*. Literam a *adamantem* ait designare, quia sicut hic virtutem habet reconciliandi rixantes, et discordes, ita et beata Virgo reconciliat genus humanum Deo: *Facta sum coram eo pacem reperiens* (Cant. 8). Et sicut furor viri solet per mulierem mitigari, et temperari, sic ira Dei per beatissimam Virginem mitigata fuit, ne in homines furor eius exauderetur. Per litteram r intelligit *rubinum*, qui cum sit valde splendens, recte nomen Mariae refert, quae illuminatrix interpretatur, et cuius vita, ut in officio natiuitatis legitur, *cunctas illustrat ecclesias*. Vel dicamus, significare Mariam rubinum generasse, qui nascitur in visceribus sapphiri, hoc est, Christum genisse in suo coelesti, ac sapphirino ulero. Litera i *Isidorem* denotat, quia sicut iste se gestantem impavidum reddit, ac intrepidum, sic Mariae patrociniū fideles munit, et aduersus diabolū, cui ipsa est terribilis, ut castrorum acies ordinata, fortes, ac intrepidos facit. Ultimam vero litteram a *Alectorum* referre ait, qui hominem reddit bene fortunatum; quae autem excoGITARI potest alectorum fortuna, si ita fas est loqui, in vitam felicem obtinere? quam tamen beata Mater a Filio suo nobis dandam pollicetur dicens (Eccles. 24): *Qui eluciant me, vitam aeternam habebunt*. Vel dicamus a *Amethystum* designare, cutus meminit Ioannes in Apocalypsi, de quo referunt naturales, inueniri terreo quodam velamine involutum mirabilem eius splendorem cooperientem; in quo egregie beatam Virginem obumbrat dicentem (Cant. 1): *Nigra sum, sed formosa: nigra quidem exterius secundum vulgarem existimationem, quia dum homines Filium habere me videbant, minime virginem esse putabant; at sub hac nigredine integritatem velantem, virginitalis venustas, ac pulchritudo latebat*.

Ad haec, per quinque has literas sacrosancti huius nominis Mariae quinque denotantur celeberrimae foeminae, quae typum eius gerere. Per *M* Michol designatur, per *A* Abigail,

per *R* Ruth, aut *Rebecca*, per *I* Iabel, vel *Isidith*, et per ultimam *A* Ana, vel *Abisag*. Haec autem omnes foeminae non solum Deiparam in se, sed eius virtutes mirifice adumbrant, fuit Michol pietate referta, quam David adeo adamavit, ut amicitiam cum Abner principe militiae populi Israel omnino recusaverit, nisi prius eam sibi praesentasset, ut 2. Regum legitur: non dissimiliter Mariam pietate insignem Filius Dei tanto amore est prosequutus, ut amicitiam cum humano genere per incarnationis vinculum inire noluerit, quousque Virgo haec nasceretur, et consensum suum tanto mysterio praestaret. Fuit deinde Abigail, quae multis oblati muneribus necnon verbis humiliter ardentem Davidis iracundiam mitigavit, ac temperavit, ut 1. Regum sacra narrat historia: sic Deipara Maria, pro humani generis venia obtinenda, in quod Deus ira efferebat, obviam se illi fecit, variis virtutum monilibus ornata, necnon humilibus illis verbis (Luc. 1): *Fiat mihi secundum verbum tuum, quibus Altissimus mirum in modum placens, furor eius penitus exstinxit*. Deinde Rachel pulcherrima, quae Iosephum genuit, qui a Pharaone aegyptiaca lingua vocatus fuit salvator mundi: necnon Rebecca, quae Iacobum instruxit, eiusque manus pilosis pelibus obvolvit, odoriferamque vestem ei aptavit, ut patris benedictionem obtineret, Deiparam Mariam egregie adumbrant, quae et Salvatorem mundi genuit, et nos velut amantissima, et sapientissima Mater frequenter instruit, quia ratione benedictionem, et adoptionem filiorum Dei consequatur. Praeterea, quemadmodum Iudith summa castitate pollebat, eiusque mira virtute Holofernem capiens, caput eius praecidit: sic Deipara merito suae virginitalis cum humilitate connectae, tortosi serpentis potentiam confregit, et caput contrivit. Ac postremo sicut Abisag Sunamitem tamquam omnium pulcherrimam, et elegantissimam super omnes filias Israel ad calefaciendum regem David in senectute sua nimia frigiditate algentem destinatum legitur (3. Reg. 1): non secus beata Virgo cunctas inter mundi foeminas pulcherrima electa fuit ad ministrandum Regi Christo coelesti (Eccles. 24): *Et in habitatione sancta coram ipso ministravi*; et ad calefaciendum illum in infantia sua; unde ipsa cecinit (Cant. 1): *Dilectus meus inter ubera meae commemorabitur*; quasi diceret: Dilectum meum amplexabor, pectori meo admovebo, ibique vitali cordis mei calore eum fovere, et uberum meorum lacte nutrire non desinam.

Ad extremum, ne Mariani nominis apicem ultimum praeripere videar, quem in honorem tantae Virginis non referam, observandum censi, consulo divinam Sapientiam ex illis literis nomen Matris suae conflare voluisse, quibus olim maior honor delatus fuerat, et quas antiqui maiori cultu celebrarunt. Pierius refert (lib. 42), illustrissimum Missaenos solites fuisse in scutis suis litteram hanc m sculptare, significare volentes, quod sicut partes huius literae desuper uniuersum, et copulantur in una, ita corpus reipublicae unum esse debet cum suo capite: nec desunt, qui propter eandem rationem, eandem mysterium Trinitatis adumbrare dicant; sicut

enim in hac litera tres lineae per unam superiorem uniuersum, quae communis est illis, ita et tres divinae Personae in unitate essentiae, illis, communis conueniunt. Quamvis autem, ut tradit idem auctor, littera m stultitiae symbolum quondam fuit, cum inter sortes, quae iaciebantur, alicui illa contingebat, postea tamen, cum in sortem cecidisset magno imperatori Dionysio, ipseque dixisset, futura eius opera mendacem illum sortem fore attestanda, quod et postea eventus probauit, coepit inde in maiorem honorem haberi littera m. De secunda, et tertia litera a, et r, Petrus Crinitus refert (lib. de honesta disciplina), quod si quis a iudicibus damnatus erat, littera r denotabatur; si erat absolutus, a apponebatur. Insuper etiam de littera r d. Hieronymus (epist. ad Rufinum) ait, quod Demosthenes, quamvis adeo studio deditus fuerit, ut plus olei in lucerna consumperit, quam vini in vase biberit, difficillime tamen litteram r pronunciauit; testaturque idem Hieronymus, illam a canibus pronunciarere didicisse, qui cum inter se latrantes rixantur, illam recte pronunciant. De littera deinde quarta i, cuius meminit idem diuus Hieronymus (epistola ad Laetam tom. 1), et quae a Virgilio magno opere celebratur, symbolum fuit aduldae aetatis, ut Scholiastes annotat super praedictam uiti Hieronymi epistolam, quia aetas illa est velut diuinum, in quo positus viator dexteram tenere, vel ad sinistram deuiare potest; sed oportet, ut rectam viam eligat per rectitudinem huius literae i significatam. Ultima tandem est a, quae Christum Dominum significat, qui de seipso dixit (Apoec. 1): *Ego sum alpha*; unde iuxta haec sacrosancti Mariae Virginis nomen clauditur duabus literis, quarum prima, scilicet m, symbolum sanctissimae Trinitatis, ultima vero Christus typus est. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA VII.

Excellentiam sacrosancti nominis Mariae ex interpretatione amari maris, et maris stellae, duplicem metaphoram, multiplici eruditione prosequamur.

Quemadmodum Deus, ut auctor naturae, id commemorante Moysse, congregationem aquarum vocauit *maria*; non secus, ut auctor gratiae, virtutum, et coelestium charismatum aggregationem, quae in beata Virgine emicuerunt, sapienter appellauit *Maria*, ut interpretatur diuus Hieronymus (de nom. hebraic.), sanctus Bonauentura (in speculo B. F.) et alii permulti in illa verba: *Et nomen Virginis Maria: unde eleganter s. Petrus Chrisologus (serm. centesimo quadagesimo sexto) vocauit Mariae nomen Collegium sanctitatis*, eo quod uniuersae sanctitatis dotes ad Mariam, instar aquarum ad mare, confluiscent. Verba Petri Chrisologi sunt (Gen. 1): *Congregationes aquarum appellauit Maria: nomen hoc renascentibus salutare, hoc virginitalis insigne, hoc pudicitiae decus, hoc collegium sanctitatis*. Persimilem dicendi phrasim usurpauit Petrus Damianus (sermone de Assum-

ptione Virginis), omnium virtutum conuentum in Virgine sibi thalamum consecrasse docet: *Uniuersus, ait, orbis pigmentarius in Virgine proiectus est, quando in ea virtutum conuentus reuerendum sibi thalamum consecrauit*: alque ob hanc causam credere beatam Virginem appellatam fuisse a Ioanne Damasceno (oratione prima de Assumptione) abyssum gratiae: quibus omnibus consonant, quae seraphicus noster Bonauentura (in speculo Virginis) dixit: *Scriptum est: Omnia flumina intrant in mare: flumina sunt charismata Spiritus sancti; unde Ioannes dixit (cap. 7): Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquae vitae: hoc autem dixit de Spiritu, ut nomen accipiunt erant credentes in eum*. Omnia ergo flumina intrant in mare, dum omnia charismata sanctorum intrant in Mariam; flumen gratiae angelorum intrat in Mariam, et flumen gratiae patriarcharum, et prophetarum, et flumen gratiae apostolorum intrat in Mariam, et flumen gratiae martyrum intrat in Mariam, et flumen gratiae confessorum intrat in Mariam, et flumen gratiae Virginum intrat in Mariam; omnia flumina intrant in mare, id est, omnes gratiae intrant in Mariam. Unde ipsa optime dicere potest illud Ecclesiastici (cap. 24): *In me gratia omnis vitae, et veritatis, et in me omnis spes vitae, et virtutis*: quod si haec lucentes, ac distinctus desideres, cuncta, quae diuina largitas munera tam spiritibus angelicis, quam hominibus impertit, in hoc Mariano mare coherunt, iuxta illud Ecclesiastici (cap. 40): *Ei omnes aquae in mare reuertentur*: in hoc enim mysticum mare intrat cherubinorum sapientia profundissima, intrat mirabilis principatum auctoritas, intrat latissimum dominationum dominium, intrat portentosa miracula faciendi virtutum stupenda facultas, intrat variis provincis praesidenti archangelorum dignitas excelsa: ac tandem intrat in pretopidis fidelibus sollicita angelorum custodia. Quid de his, quae in hominibus effulgent, commemorabo? in Mariam intrat fides patriarcharum, limpida prophetarum cognitio, apostolorum magistratum, patientia martyrum, integritas virginum, fecunditas coniugatorum, tolerantia confessorum: ac tandem, sicut in supremo ordine hierarchico, et in ecclesiasticis ordinibus, quae sunt diuina in inferioribus, eminentius conuicta reperiantur in superioribus; ita diuina munera, quae tam angelis, quam hominibus Dei liberalitas donauit, eiusdem magnificentia omnia simul, et alia multo excellentiora, ut Matrem Dei decebat, in beata Virgine contulit. Quod si adhuc profundius contempleris maris nomenclaturam, per omnia Virgini congruere reperiemus; sicut enim maris guttae a solo Deo numerari possunt, Ecclesiastico dicente (Eccles. 1): *Arenam maris, et guttas pluuiae quis dinumerabit?* quasi dicat; nemo, nisi solus Deus, ita praclaras dotes, ac dinumerum charismatum multitudinem, quae in Mariam confluerent, sola Dei arithmetica enumerare valet; et sicut mare adeo amarum est, ut neque una eius gutta dulcedine non careat, ita beata Virgo propter Christi Domini passionem doloris amaritudine repleta fuit: unde Ierem. (Thren. 2): *Magna est velut mare contritio tua: et Ruth (c. 1), quae Vir-*

ginis typum gessit: *Ne vocetis me, inquit, Noemi, idest pulchram, sed vocate me Mara, idest amarum, quia amaritudine calderепlectit me Unipotens: hanc amaritudinem experta novit, ut pia Mater, nobis compati, ut non immerito possit sibi usurpare illud Mantuani poetæ (Virg. 1. Aen.):*

Non ignara mali, miseris succurrere disco.

Et sicut mare est origo omnium fontium, et fluviorum, sic divina charismata, quæ Christus Dominus flumina aque vivæ vocavit, ex Maria derivantur, quia, ut Bernardus dixit (ser. de nat. Mar.): *Nihil coluit nos habere Deus, quod per manus Mariæ non transiret.* Est etiam Virgo mare, sed vel ut mare rubrum, cuius aquæ filius Israel murus protegens fuere, Pharaonem vero, et exercitum eius submerserunt, et suffocaverunt; nec secus beata Virgo obsequiosis eius famulis velut murus est ad eorum defensionem, diabolum vero, et exercitum eius fideles infestantem acriter persequitur, enervat, profligat, atque interimit, iuxta illud (Psal. 73): *Tu contribulasti capita draconum in aquis: quæ omnia d. Bonaventura in speculo Virginis c. 1. partim illa desumpsit ex d. Bernardo, his verbis complexus est (in speculo Virg.):* *Maria mare est, gratia affluendo, et amare Filio compatiendo, et amarum mare est, diabolum amurum fuit aegypitium in ipso submersit. O quam amarum, et timendum est hoc mare aegypitium! o quam amara, et timenda est Maria daemonebus! Non sicut timet hostes visibiles quasi castrorum multitudinem copiosam, sicut aereæ potestates Mariæ vocabulum, patrocinium, exemplum; fiant, et pereant sicut cerâ a facie ignis, ubi quæque invenit incoactionem huius nominis recitationem, devotam invocationem, sollicitam imitationem; hæc d. Bonaventura. His, quæ alii non pauci edixerunt, nos alia Deo aspice, dicenda excogitavimus, quæ non ingrata futura speramus. Pie enim imprimis existimaverim, Deum hunc honorem huic sanctissimo nomini Mariæ a principio creationis mundi detulisse, ut quia sacrosanctum hoc Mariæ nomen mare significabat, nec aquis eius, nec piscibus aquarum incolas unquam malediceret: cum tamen aliqui terræ, et animantibus quibusdam maledixisse sacra Scriptura commemorat, atque ob eandem rationem crediderim, Deum minime permisisse, ut Gentiles aqua marina ad suas superstitiones abuterentur, ut auctor est Lucius Apuleius. Sed quam apte mare Virginis imago existat, attentius contemplerur: quemadmodum mare præter alios innumeros pisces, quos nutrit, et fovet, quemdam nomine stella gignit, ut auctor est Plinius (l. 9. c. 60), qui in aqua ipsa ardet, et quidquid sibi appropinquat, ardere facit: sic b. Virgo, præter plures alios filios adoptivos, quos tamquam mater viventium, fovet, ac nutrit, sacrosanctum illum puerum Christum Dominum genuit a propheta Balaam stellam vocatum (Numer. 24): *Orietur stella ex Jacob; et per piscem illum Tobiae egregie adumbratum (Tob. 11); nam sicut felle illius illuminati fuerunt oculi Tobiae**

senis, ita amaritudine fellis suæ acerbissimæ passionis mundus, peccatis inveteratus et ignorantia tenebris obcaecatus, illuminatus est, ut propheta verat Zacharias (Luc. 11): *Vistitavit nos oriens ex alto: illuminare his, qui in tenebris, et in umbra mortis sedent.* Unde, cum Dominus passioni iam proximus ascenderet Ierusalem, sacer Evangelista occurrentem sibi coeum illuminasse narrat, quasi dicens (Luc. 18): *opportune satis accessisti, cum eo tempore colorum lumen a me requiras, quo mundum peccatorum coecitate caligantem illuminare venio.* Atque hinc non obscure colligitur, quam bene huic nomini Mariæ utraque illa interpretatio conveniat, ut mare, et illuminatricem significet; nam cum ipsa mare fuerit, quæ sacrum hunc piscem, mundi lucem, generavit, apte satis ei congruit et mare, et illuminatricem cognominari. Vocatur deinde congrue Deipara Maria amarum mare, quia sicut mare corpora mortua non admittit, sed longe a se illa propulsat; nec semel, tempestate urgente, infremere solet; ita beata Virgo et mortua opera nescivit, cum omnes eius operationes vivificante Spiritus sancti gratia, ut theologi loquuntur, informarentur, necnon adversus omnia vitiorum genera instar procellosi maris semper infremuerit. Nunc fremitus fuit contra libidinem proffusio illa castitatis (Luc. 1): *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? nonne fremitus fuit adversus superbia elationem humillima illa oblatio: Ecce Ancilla Domini: cum tamen coelestis paranymphe Dei Genitricis dignitatem ei obtulisset? nonne fremitus fuit adversus sui iactantiam, et inanem gloriam, cum propria audiens encomia, Elisabeth ea decantante, omnia illa in Deum retulit, ad divinas laudes se converteret: Magnificat, ait, anima mea Dominum? nonne fremitus fuit adversus humanam diffidentiam, cum in nuptiis in Cana Galilææ deficiente vino famulos admonuit (Joan. 2): *Quomodo dixerit vobis, facite; cum tamen audisset Christum Dominum sibi vinum ab eo poscendi respondisse: Quid mihi, et tibi est mulier? quibus verbis videbatur precibus eius non annuisse? Huius Mariæ maris fremitus contemplantur sine dubio seraphicus Ecclesiae doctor Bonaventura, cum in speculo Mariæ Virginis (c. 7) ait: *Plenum mare audiamus contra vitia tonare: tonat ergo mare, et plenitudo eius, tonet plenum mare, tonet plena Maria, tonet contra luxuriam, castitatem proponendo: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? tonet etiam contra superbiam, humilitatem sentiendo: Ecce Ancilla Domini: tonet item contra ingratitudinem: Magnificat anima mea Dominum. Hinc etiam patet, quam recte Mariæ congruat amarum mare vocitari, quia cuncta vitiorum genera adeo amara, et acerbæ ei semper extiterunt, ut nec semel quidquam erumpere delibaverit, ad degustaverit: unde sicut d. Paulus dicebat (Galat. 6): *Mundus crucifixus est mihi, et ego mundo; quasi diceret: mihi invisus est mundus, et mundo iidem ego; ita b. Virginis vitia omnia erant amarissimum absinthium, et ipsa eisdem amarissimum fel. Ad hæc, sicut per mare ab India orientali, et occidentali, ubi magna auri,****

argenti, et margaritarum copia viget, naves divites onustæ singulis annis ad Hispania portum appellunt, quibus non parum ipsa locupletatur; non secus b. Maria mare quidem est, per quod ex coelesti India charitatis auram, castitatis argentum, virtutum margaritæ, ac permulta alia Spiritus sancti munera, quibus non parum Ecclesia catholica dilatur, ad membra eius deferuntur: et quamvis verum sit, non defuisse Ecclesiae catholice ante ortum Virginis coelestia hæc Spiritus sancti charismata, tamen sicut per mare, et maior rerum copia, et breviori tempore deportatur, quam per terram, sic post ortam beatam Virginem, et copiosiora Spiritus sancti dona, et breviori tempore per hoc mysticum mare Mariæ Ecclesiae catholice communicata esse ipsa experientia comprobant.

Sed iam ad secundam Mariani nominis interpretationem nostra pergat oratio: Philo, hebraicaram quidem literarum peritissimus (de Mariæ nomine), Marianam interpretatur, ut idem sit, quod stella maris: cui interpretationi subscribitur Beda (in caput primum Lucae), et sanctus doctor Bonaventura (in speculo b. Virginis); immo et ipsa Ecclesia catholica, dum canit: *Are maris stella: et rursus: Stella maris, succurre cadenti: et quidem imprimis beatam Virginem apte stellam nominari ex naturalibus stellæ proprietatibus haud difficile erit comprehendere. Si stella a slando dicitur propter eius stabilitatem, et immobilitatem; stella fuit certe Maria, cuius tanta esse noscitur in bono stabilitas, ac firmitas, ut a Dei voluntate nec latum quidem unguem unquam deflexerit; quod nulli adulatorum creditur fuisse concessum, iacobo dicente (cap. 3): *In multis offendimus omnes. Sicut etiam stella lucem summa cum pulchritudine, nulla cum læsione, ex se effundit, ita b. Virgo lucem mundi Christum, summo cum decore, nulla cum virginitatis iniuria, ex castissimis visceribus protulit: unde d. Bernardus (homilia secunda super Missus) ait: *Stella Virgo est, quia sicut sine corruptione sidus emittit radium, sic absque læsione sui parturit Filium; nec sideri radius suam virtutem claritatem, nec Virgini Filius suam virginitatem. Sicut item per stellam varia distinguntur tempora, iuxta illud (Eccles. 43): *Ut sint in signa, et tempora, et dies, et annos; ita b. Virginis ortus signum fuit adventus plenitudinis temporis, et appropinquationis legis gratiæ. Quod si stellæ sunt in eadem altitudine firmamenti, quomodo hanc celsitudinem et negabimus, quæ veracissime ait (Eccles. 24): *Ego in altissimis habito, et thronus meus in columna nubis? quod si philosophus dixit (lib. de celo): *In stellis non est corruptio, casus, nec error; sane in Virgine integritatis corruptio nulla fuit, et ab ea casus in peccatum longe abfuit, et quæ sapientissima erat, omnis erroris experta fuit: et sicut stellæ illuminant tenebras noctis, sic Mariana hæc stella caliginosum hanc mundum, ac obscurissimos tenebris involutum coelestis illius radii, quem involuta manens emisit, clarissimos fulgoribus illuminavit: unde Ecclesiasticus de ea dixit (cap. 50): *Quasi stella matutina in medio ne-*******

bulæ. Astrologi huic stellæ nomina quatuor imposuerunt; vocant *Venerem*, quia amorem in fluit; *Hesperum*, quia in principio noctis innoscit; *Luciferum*, eo quod maiorem secum ferat lucem, quam reliquæ stellæ; ac tandem *stellam matutinam*, quia velut aurora appropinquantis solis et diei est prænoctia. Hæc omnia, quam germana sint b. Virginis, perspicue ipsa prædixit (Eccles. 24): *Ego mater pulchrae dilectionis; ecce amorem castum, quem hæc mystica stella influit: et timoris; ecce initium conversionis peccatoris, Salomoe dicente (Eccles. 1): *Initium sapientiae, timor Domini: et agnitionis; ecce coelestem doctrinam, qua verbo et exemplo fidelium mentes illuminavit: et sanctæ spei; ecce stellam matutinam, quæ appropinquantis diei gratiæ, et adventus solis iustitiæ, certissimum spem suo ortu mortalibus dedit. Sed iam videamus, quare stella maris vocata fuerit. Id enim non casu, sed summo consilio factum credimus; unde s. doctor Bonaventura (in speculo b. Virginis) ait: *Hoc optime convenit Mariæ, quæ gerit officium stellæ marinae: legitur enim, et verum est, quod nautarum mos est, ut cum in aliquam terram navigare disponunt, unum sidus eligant, cuius signum luce radiante, in eam, quam desiderant portum, possint sine errore adduci. Tale certe officium est stellæ nostræ Mariæ, quæ navigantes per mare mundi in navi innocentiae, vel penitentiae, dirigit ad litus coelestis patriæ. Non dissimilia scripsit Innocentius Papa, id referente eodem Bonaventura in speculo b. Virginis c. 3. sic enim ille loquitur: *Quibus auxiliis possunt naves inter tot pericula pertransire usque ad litus patriæ? certe per duo, scilicet, per lignum; et stellam, idest per fidem crucis, et per virtutem lucis, quam peperit nobis Maria, maris stella. Sicut ergo stella maris navigantes ad portum dirigit, sic beata Virgo stellæ procellosi huius mundi merito appellatur, cum in mediis huius vitæ procellis in coelum navigantibus lucem præferat, ac suo exemplo, et patrocinio ad coelestis patriæ portum eos continuo dirigat, ipsa dicente (Eccles. 24): *Usque ad futurum sæculum non desinam, idest, quousque servi mei æternam consequantur felicitatem, non desinam eis auxiliari, non desinam continuis precibus ad Deum pro eis exorare. Noverat quidem probe s. Bernardus singulare huius Mariæ navi virtutem, cum dixit (serm. 20): *Ista est præclara, et eximia stella super hoc mare magnum, et spatiosum necessarium sublevari, micans meritis, et illustrans exemplis. Si insurgunt venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum, si undis superbia iactaris, si fluctibus ambitionis elevaris, respice stellam, voca Mariam; non recedat a corde, et non recedat ab ore. Et ibidem ait: *Ipsam sequens, non devias, ipsam rogans non desperas, ipsam cogitans, non erras, ipsa protegente non metuis, ipsa duce non fatigaris, ipsa propitia, et ad portum perennis, et sic in tempestis experieris, quod merito dictum sit: Et nomen Virginis Maria: hæc ille. Comperit satis est, maris navigationem multis obnoxiam esse periculis, atque procellis; nam præter aeris inæqualitatem, quæ mille naufragia parere solet, quatuor enumerantur*******

a nautis illius pericula: primum est *Scylla*, quod eminens est saxum, in quo colliduntur magno impetu fluctus: secundum vocant *Carybdim*, quae pars quaedam maris adeo voraginososa est, ut integrum navem absorbeat, ac devoret. Tertium est *Syrtis*, quae inaequalibus fundis est ex multitudinis arenae in varios cumulos congregata, qui navem transalare non sinit. Quartum appellant *Bithalassum*, terram scilicet bituminosam, et glutinosam adeo, ut illi adhaerentem navem, nec validissimi ventorum impulsus in illam irruentes, movere valeant: haec, et graviora pericula subeunda aggreduuntur, qui ad coelestem patriam navigare contendunt. Ne tamen in medio itineris tentationum *Scyllae*, peccatorum *Carybdes*, passio- num animi *Syrtis*, ac concupiscentiae *Bithalassum*, navigantes praepediant, ac in sulphurei maris barathrum deludant, divina munificencia providit eis Mariam, maris stellam, cuius munus est, navigantes docere, et dirigere, ut ad aeternae felicitatis portum secure, et feliciter perveniant.

Ad extremum, Maria stella maris interpretatur, at non quaecumque, sed stella poli. Pro cuius intelligentia praemitto, duplicem esse polium: unus nobis absconditus, et invisibilis, scilicet meridionalis; alter visibilis, scilicet aquilonaris: uterque hic polus immobilis est, et super eorum immobilitatem vertitur orbis coelestis. Christus Dominus per utrumque hunc polum egregie designatur, cum ipse sit principium omnium, et finis, propter quem omnia condita sunt; unde ipse dixit (*Apoc. 1*): *Ego sum alpha, et omega*: ipse quidem in meridie divinitatis suae nobis omnino invisibilis est, sed in aquilone nostrae humanitatis visibilis se praebuit: de illo polo meridiano loquebatur sponsa cum dicebat (*Cant. 1*): *Indica mihi, ubi pascas, ubi cubes in meridie*. Iob autem de aquilonari, cum aiebat (*cap. 27*): *Ab Aquilone aurum venit*: caro enim, et sanguis Christi aurum fuit, quo empti fuimus, ut ait Apostolus (*1. Cor. 6*): *Empti enim estis pretio magno*. Ipse etiam immobilis polus, est super cuius immobilitatem cuncta nituntur, iuxta illud Pauli (*ad Hebr. 1*): *Qui portat omnia verbo virtutis suae: cui consonat illud Boetii (libro de consolat.):*

Immobilisque manens, dat cuncta moveri.

Sicut ergo poli stella ipsi est vicinissima, ita huic sacro polo vicinissima fuit fulgentissima stella Maria; primo in incarnatione, quia sanguis B. Virginis factus est caro Dei, iuxta illud Apostoli (*Galat. 4*): *Misit Deus Filium suum factum ex muliere*, id est, ex materia sanguinis subministrata in utero mulieris: unde iurisprudenti aiunt: *partum esse partem viscerum maternorum*, ut habetur *1. Prima* in principio *ff. de ventris inspectione*. Ut tamen vicinitas haec magis innotescat, contemplerur quaeo Dominum esse velut centrum nostrum, circa quem varii circuli inveniuntur, inter se ita ordinati, ac dispositi, ut quanto quisque illorum brevior, tanto centro vicinior inveniatur; unde oportet, ut maximi omnium circuli sint corpora inanimata, minores viventia, et minimi intellectalia tam

angelica, quam humana; inter haec autem brevissimus omnium circulus fuit beata Virgo, Ieremia dicente (*cap. 31*): *Mulier circumdabit virum*: ipsa per maternitatis propinquitatem arctius eum constrinxit, et intra brevem sui uteri ambitum conclavit. Secundo fuit Christo vicina valde, haec ex ubere de coelo pleno illi propinans, cuius figuram gessit Noemi (*Ruth 4*), de qua dicitur, quod natum puerum suscepit, et posuit in sinu suo, et nutricia favegebatur officio. Tertio vicina fuisse perhibetur in passione, ut ait Ioannes (*c. 19*): *Stabat iuxta crucem Iesu mater eius*, cuius dolor velut sagitta animam eius transiit, ut Simeon praedixerat (*Luc. 2*): *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius*. Quarto tandem vicinissima adest in coelum assumpta cum omnibus coelicis applaudentibus ad aetheream thalamam evecta, ad dexteram Filii sedens, ut praevitit David (*Psal. 44*): *Astitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato*. Congruit deinde beatae Virginis stellam poli appellari, quia sicut haec stellarum omnium primaria esse noscitur, ita ipsa inter omnes puras creaturas principem a deo locum tenet, ut palam dicat (*Eccles. 24*): *In omni gente, et in omni populo primum tenet*: et sicut haec stellam concomitantem septem aliae, sic et beatam Virginem septem dona Spiritus sancti semper associant: et sicut stella maris virtutem habet attrahendi periculum, et adamantem, ut ad Alcabitio refert Perbarth (*in stellario lib. 5. par. 3. art. 3*), ita beata Virgo singularium donorum virtute, quibus Spiritus sanctus eam locupletavit, ferrea, ac adamantina obinatorum peccatorum corda ad se trahit, ut ad Deum illa convertat.

Hinc collige, christiane lector, quam invectunde Erasmus (*in colloquio de navig. an. 1521. edito*), adversus hoc Marianum stellae maris nomen oblatraverit, dicens: *Ibi vidisses miseram rerum faciem; nautae canentes: Salve Regina, implorabant Matrem, Virginem appellantes eam, Stellam maris, Reginam coeli, Dominam mundi, portum salutis, aliusque multis titulis illi blandientes, quos nunquam illi tribunt sacrae literae. Quid illi cum mari, quae nauquam, opinor, navigavit? olim Venus curam agebat nautarum, quia nata credebatur ex mari: ea quoniam desit curare, suffecta est huius matri non virginis mater. Ecce impudensissimum Erasmus, quem quidam semichristianum dicunt, sed ego nihil christianum, immo integrum haereticum nominaverim, non exhorrescit, in temeritate Virgini illudere, et cum portentosus Veneris scortio illum conferre; sed ipse, ut assolet in hoc, sicut in aliis permul- tis, Lutherum adeo imitatur, ut, sicut illum proverbium increbuit: aut Plato phylotizat, aut Phylo platonizat, non incongrue nunc dixerim, aut Lutherus Erasmitat, aut Erasmus Lutherizat. Sed adest in coelo, qui uticeatur, qui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

Mariani nominis encomia prosequimur, iuxta alias eius significationes a Patribus probatas, nimirum, quod interpretetur, Domina, illuminata, illuminatrix; ubi multa de eius sapientia; necnon, spes, imitatrix Dei, Deus ex genere meo, et similia; pariterque increpatur, qui nomen Mariae a primordiis Ecclesiae receptum, in aliud mutare gestiunt.

Vehementer gauderem si sancti nostri patris Bernardini (*ser. 3. de nom. V.*) melliflua illa verba non mihi vereciter usurpare potuissem: *Testis, inquit, conscientiae est Dominus, quod si quando coelesti gratia tingente, exterioribus curis exemptus, laudibus Virginis caeco totus, vel per horam occupari, tanta mentis laetitia saucior, tantaque interiori suavitate perfundor, ut cunctis mundi vanitatibus, et concupiscentiis conculectis, nil aliud appetam, quam cum ipso lacte vitae spiritu, si daretur, statim exsilire ad Dominum antequam illud gaudii spiritualis, curis iterum redemptibus, auferatur, et stimulantem memoria delictorum, cythara convertatur in luctum, et iubilum, pro dolor! in lamentum. Vide igitur quante sit felicitatis, et gloriae, in illa patria Dei Genitricem Virginem benedictam stipantem ordinibus angelorum, choris virginum comitatum, vultu plenissimo gratiarum in suo dignitatis solio praesidentem, revelata iam facie contemplantur; quandoquidem in sordibus carnis adhuc, et mundi luto degentibus tam laeta contingit in eius nominis contemplatione sentire. Ad ipsum itaque Mariae nomen iterum contemplantum, iterum, atque iterum descendere libet: haec ille. Verum tametsi ea tam exuberanti in versandis laudibus nominis Mariae laetitia, quae doctor Bernardinus fruebatur, non ego perfundar, ea tamen est huic sacrosancto nomini divinitus insita dulcedo, ut non moleste feram, reliqua, quae de illo sedula meditatione ruminavi, in lucem edere. Inter alias significationes Mariani nominis celebris est illa, quod lingua syriaca Maria, Domina, seu dominans interpretatur: ita docere gravissimi Patres, Epiphanius (*serm. de laud. Vir.*), Hieronymus (*lib. de nom. hebr.*), Chrisologus (*serm. 146*), Eucherius (*lib. 2. Instruct.*), Anselmus (*de excels. V. cap. 7*), divus Bonaventura (*in speculo V. cap. 3*), et divus Damascenus (*lib. 4. fidei orthod. cap. 15*), in libro quarto de fide dixit: *Gratia, nam hoc sonat Annae vocabulum, Dominam parit, vere enim rerum omnium domina facta est, cum creatoris Mater exstitit*: haec ille; et ante omnes hos Patres, immo et ante natum Christum Rabbeu Haccados (*in responsione ad petitiones Antonini Romani Consulis*) scripsit, *Materem Messiae absolute Dominam vocitantem fore*. Idem etiam, ut refert Galatinus libro septimo capitulo decimoltertio, observavit, quod in illis verbis Isaias (*c. 9*) nimirum, *ad multiplicandum imperium, quae**

in hebraeo respondent illis, quae sunt in nostra Vulgata, et *multiplicabitur eius imperium*, contineri haec duo nomina, Mariam, Dominam, ut indicaretur, Marianam matrem Messiae futuram dominam universi, et principatum eius simul cum Christi principatu, de quo ibi est sermo, fore multiplicandum.

Certe illud interest inter nomina imposita a Deo, et ab hominibus, quod hi praecleara nomina, egregiaque epitheta tribuere solent, quibus tamen bona nominibus correspondentia conferre non valent; Deus autem, cum nomen imponit, dignitatem iuxta eius excellentiam debito tempore conferet: frequenter quidem summi Pontifices, et imperatores honorifica nomina absque opibus tribuunt, titulares, episcopos, palatinos, comitatus, et marchionatus: illustres saepe tituli, sed vani, et inanes; at Dei magnificentia non inania, et facta, sed solida, et vera nomina cum dignitatis collatione imponit: Adam quidem principium generationis, et Evam matrem viventium cognominavit, et reipsa effecit: Abraham, et Evam multarum gentium parentes; Iacobum Israelem Deo praevalentem; Ioannem, gratiam significanti, simul nomen, et gratiam praecursoris contulit: Ecclesiae suae principem, qui Simon ante vocabatur, Cephas syriaca lingua, latina vero Petrum, vel Petram appellavit, quia illum re, et nomine solidum Ecclesiae fundamentum constituere decreverat. Cum ergo divinitus fuerit impositum nomen Mariae, quae Domina interpretatur, reliquum est beatae Virginis mirum in modum congruere. Unde Ecclesia catholica uno ore Dominam illam confiteatur, dicens:

O gloriosa Domina.
Excelsa super sidera

Marianum hoc dominium adeo late patet, ut caelestes orbis, terrenum hemispherium, et tartareas regiones comprehendat, ut disertis verbis ipsa Virgo nos edocuit, dicens (*Eccles. 24*): *Gyrum coeli circumiit sola, et profundum abyssi penetraet, et in fluctibus maris ambulat, et in omni terra stetit, et in omni populo, et in omni gente primum natum habuit. Iura disponentium, et humilitium corda virtute calcavit: ecce factur se dominum in coelo: Gyrum coeli circumiit in inferno: abyssum penetravit, in purgatorio: in fluctibus maris ambulavit: poenae enim purgatorii fluctus sunt transeuntes, non semper permanentes: addit tandem se dominari in terra: et in omni terra stetit, et in omni populo, et in omni gente primum natum habuit. Iura disponentium, ut filii non emancipati, qui sub parentum tutela degunt, quidquid acquirit, in parentum dominium transferatur: unde aiunt Iuristae, quidquid acquirit filius, acquirit patri. Cum ergo Christus Dominum singulis operationibus suis meruerit dominum omnium rerum; unde et ipse dixit (*Matt. c. 28. v. 18*): *Datus est mihi omnis potestas in coelo, et in terra*; quod et David praedixerat (*Ps. 71*): *Dominabitur a mari usque ad mare: consequens est, totum id in Matris ius cessisse: nec enim eo iure observantissimum Filium dilectissimam Matrem pri-**

vasse credendum est: si ergo ipse Dominus, ipsa etiam Domina: si ipse rex, ipsa et regina. Unde divus Damascenus ius domini beatae Virginis in iure domini, quo partus eius gaudebat, constituit, dicens: *Merito creaturarum omnium declarata est domina; quae illum unica est, per quem condita sunt omnia: et Rupertus nostro argumento accommodatus dixit super Cantica (c. 4): Praedicabitur de te, quod sis Mater Christi, ac proinde regina coelorum, totum iure possidens Filii regnum. Iure quidem ait: quia iure maternalis id sibi debebatur: ius enim matris est, ut quicquid acquirit filius patre carens, acquirat matri, ut adnotavit Anselmus libro de excellentia Virginis (c. 7), ubi illam curiae coelestis dominam vocat; et materio iure coelorum regnum suum effecisse ait, et Christum alloquens subdit: *Tota tua est, totaque per te eadem coelestis curia sua, idest, Virginis Matris tuae. Quibus consonant verba Arnaldi abbalis (tom. 6. bibl. orat. de laud. Virg.), ut habetur in bibliotheca sanctorum Patrum, dicens: Filii gloriam non tam communem iudico, quam eandem. Consonant et alia Petri Damiani (in sermone de Nativitate Deiparae): *Fecit in te magna, qui potens est, et data est tibi omnis potestas in caelo, et in terra. Sed ante illos omnia haec praeclara scriptis Athanasius (homilia de Deipara): Quandoquidem Christus Rex est, qui natus est ex Virgine, idemque Dominus, et Deus: eopropter et Mater quae eum genuit, Regina, et Domina, et Deipara proprie appellari debere censetur. Figuravit admissum hoc universale Virginis dominium Esther regina, de qua divina referunt eloquia (c. 15), quod assumpsit duas familias, et super unam imitabatur, altera vero familiarum sequebatur dominam, deflentia in humum indumenta sustentans: duae familiae, inquit divus Bonaventura, quarum domina est regina Maria, sunt angelica, et humana natura: intelligentia angelica est familia, super quam domina innititur in caelo; anima autem humana est familia, quae dominam suam sequitur in mundo, colligens vestimenta Dominae, scilicet, colligens virtutes, et exempla Mariae. Adnotat autem magnus ille cancellarius Parisiensis Ioan. Gerson (tract. 4. in Magn. exor. 5), quod quia regnum Dei divinum est in duas partes, cuius altera misericordiae, altera iustitiae est, ut cecinit regius Vates (Ps. 61): *Duo haec iudicia, quia potestas Dei est, et tibi Domina misericordiae: dimidium huius regni Filii Matris contulit, iustitiam vero sibi reservavit, iuxta illud (Joan. 8): Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio: ipse enim solus in forma visibilis iudicaturus est vivos, et mortuos. Exat etiam alius insignis titulus Marianum dominium super omnes creaturas, quod, ut refert divus Lucas (c. 2), Christus Dominus, sub cuius dominio, et imperio omnia iacent, subditus erat Virgini: unde divus Bernardus dixit (sup. Miss. hom. 1): *Deus, cui servient potestates, et principatus obediunt, subditus erat Mariae. Si ergo rex ille Graciae pater, ut probaret Diophanti filio suo omnia sua regna subesse, et ad nullum obediunt, hoc argumentandi genere utebatur: Diophanti obediit uxor*****

mea, et uxori meae obediit ego, mihi autem obediunt omnia mea regna: ergo omnia illa subsunt, et obediunt Diophanti filio meo; licet quidem simili modo ratiocinari: Christus Dominus subditus erat Mariae: ad Christo Domino subdita erant omnia regna mundi tam coelestia, quam terrestria: ergo beatae Mariae subditae sunt omnes creaturae tam terrestres, quam coelestes: est igitur omnium creaturarum Domina. Adde his, quod inter titulos domini illi magni momenti est, qui per emptiorem solito pretio acquirunt, ut constat ex 1. Procuratores. § penult. ff. de tributo. et § vendit. Institut. de rerum divis. Cum ergo Christus Dominus emerit genus humanum: *Empti enim estis pretio magno, ut ait Apostolus (1. Cor. 6.)*; et beata Virgo pretium hoc illi subministravit, non enim aliunde, quam ex Maria carne, et sanguinem sumpsit, quem in pretium redemptionis Deo Patri obtulit: consequens est, titulum, et iure huius emptiorem beatam Virginem dominam esse generis humani. Ad daemones etiam dominium eius extendi, illud non obscure indicat, quod tam in sacris, quam in profanis literis serpens et draco, potentiae, et regni symbolum fuerunt: unde Ezechiel regem Pharaonem vocat draconem (Ezech. 29), et controversiam inter Aman principem, et Mardocheum Spiritus sanctus per duos dracones designavit in somno ipsi Mardocheo. Cum ergo de b. Virgine Deus a principio creationis mundi praedixisset, antiquum serpentem ab ea fore interimendum (Gen. 3): *Quia conteret caput tuum: sicut daemon acquiri dominium eorum, quos potentia diabolicae suae suasionis vincit, ita b. Virgo dominium acquisivit super daemones, quem mirabili suae potentiae virtute conterens penitus devicit, ac suo imperio subiugavit. Hinc s. Gerardus episcopus, et martyr dicebat (serm. de laud. Virg.): *Inventus quoque infernus, beata Maria, ululat, et prociisissimi daemones clamant: secundum enim Papianum, Domina interpretatur dans minus: unde ipsa inimicis humani generis dominans, mias infert: a qua ethymologia non longe abest alia Catholica, dum interpretatur, domina, idest, domans manus: ipsa quidem super daemones dominans, tanquam indomitas bestias illos domat, manus ligat, ferocitatem comprimit, ac superbam petulantiam coerct. Unde d. Bernardus (super Missus) ait, daemones non solum Virginem perimescere, sed audita hac voce, Maria, contremiscere, instar Penelopes de Hectore dicentis illud poetae (Ovid. in epist.):**

Nomine in haectore pallida semper eram.

Alqui hoc latissimum, ac amplissimum Marianum dominium super angelos, ac daemones contemplan magnus ille Mariae laudum praeco, sanctus pater Bernardus (ser. 2. de nom. Virg.), ea, qua solet pietate, dixit: *Mater Domini effecta est domina omnis creaturae: quomodo enim subiret creaturae, quae Mater effecta est Creatoris? ideo merito dici potest ad quilibet creaturam illud Genes. (cap. 16): *Revertere ad Dominam tuam, et humiliare sub nomine ipsius: quae verba dicta fuerunt Agar de Sa-**

ra: quippe ipsa Virgo vere est Sara quae princeps interpretatur, quae verum genuit Isaac, scilicet, Filium Dei, in cuius semine benedictae sunt omnes gentes: per quem omnis creatura principatum habuit: haec ille. Ex quibus omnibus facile dependunt, quantum deliret, pariterque blasphemet Calvinus, dum beatam Virginem e solo suae maiestatis deturbare contendens dixit: *Ipsa se ancillam vocat: ergo Popistae perperam Dominam, et reginam nominant. O barbarum, ac stolidum argumentandi genus! numquid Abigail, quae se ancillam famulorum David profitebatur, uxor ipsius David non fuit? numquid Esther (c. 14), quae se vocavit ancillam regni Persarum, et Medorum, sceptrum non tenuit? quid ergo obstat, impie haesiarcha, eandem simul esse Creatoris ancillam, et creaturarum dominam? nonne totas orbis reginae, velint, nolint, Dei principia sunt? Sed calviniano sprolo delirio, adhuc excellentius aliud domini ius in beata Virgine emicuit, quod omnem aliam dominantium rationem longo intervallo superat; ad perfectum sensitivum appetitum dominium habuit, iuxta illud (Gen. 4): *Sub te erit appetitus tuus, et tu dominaberis illius. De hoc genere domini loquens Salomon (Proverbiarum 16) dixit: *Melior est patiens viro fortis, et qui dominatur animo suo, expugnatore urbium: Septuaginta interpretes legunt: *Qui dominatur urae, melior comprehendente civitatem. Paraphrasis autem chaldaea: *Melior, inquit, est lentus ira animi, quam fortis; et qui dominatur sibi ipsi magis, quam ille, qui caput provinciam. Nicolaus de Lyra in Commentario huius loci refert, Diogenem philosophum dixisse Alexandro Magno, qui multas urbes expugnaverat, quod erat servus servi sui, quia Diogenes per rationem dominabatur suo sensitivo appetitu; Alexander vero magnus serviebat appetitu suo. Ex doctrina autem d. Gregorii (ho. 13. in Ec.) Glossa ordinaria reddit rationem, quare maioris fortitudinis argumentum sit seipsam, quam urbes vincere: quia urbes sunt extra nos, appetitus vero sensitivus intra nos est; constat vero, difficilius vinci inimicos domesticos, quam externos; hinc Horatius poeta dixit (ode 2. lib. 2):*****

Latus regnes, avidum domando
Spiritus, quam si Lybiam remotis
Gadibus iungas, et uterque Paenus.
Serviat uni:

quibus consonant alia egregia Boetii carmina in hunc modum eloquenter dicentis (de consol. lib. 3. met. 5):

Qui volet esse potentem,
Animos domet ille feroces:
Nec victa libidine colla
Fœdis submittat habenis,
Etenim licet iudica longe
Tellus tua iura tremescat,
Et serviat ultima thule,
Tamen atque pellere curas,
Miserasque fugare querelas,
Non posse, potentia non est.

Iam ad reliquum non minus celebrem Marianum nominis significationem accedamus, si placeat.

Sanctus Isidorus (7. Ethym.); divus Bernardus (ser. de nat. Mar. et sup. Miss.); divus Bonaventura (in spec. B. V. c. 3); venerabilis Boda (in Luc. cap. 1), et doctissimus Eucherius (de altercat. synag. et ecd.) interpretantur Mariam, ut idem sit, quod illuminata, seu, Illuminatrix: quae duo cognomina, quam perfecte Deiparae Mariae congruant, latius, si placeat, elucidemus. Albertus magnus (in Commentario super caput primum Dominam, et reginam nominant. O barbarum, ac stolidum argumentandi genus! numquid Abigail, quae se ancillam famulorum David profitebatur, uxor ipsius David non fuit? numquid Esther (c. 14), quae se vocavit ancillam regni Persarum, et Medorum, sceptrum non tenuit? quid ergo obstat, impie haesiarcha, eandem simul esse Creatoris ancillam, et creaturarum dominam? nonne totas orbis reginae, velint, nolint, Dei principia sunt? Sed calviniano sprolo delirio, adhuc excellentius aliud domini ius in beata Virgine emicuit, quod omnem aliam dominantium rationem longo intervallo superat; ad perfectum sensitivum appetitum dominium habuit, iuxta illud (Gen. 4): *Sub te erit appetitus tuus, et tu dominaberis illius. De hoc genere domini loquens Salomon (Proverbiarum 16) dixit: *Melior est patiens viro fortis, et qui dominatur animo suo, expugnatore urbium: Septuaginta interpretes legunt: *Qui dominatur urae, melior comprehendente civitatem. Paraphrasis autem chaldaea: *Melior, inquit, est lentus ira animi, quam fortis; et qui dominatur sibi ipsi magis, quam ille, qui caput provinciam. Nicolaus de Lyra in Commentario huius loci refert, Diogenem philosophum dixisse Alexandro Magno, qui multas urbes expugnaverat, quod erat servus servi sui, quia Diogenes per rationem dominabatur suo sensitivo appetitu; Alexander vero magnus serviebat appetitu suo. Ex doctrina autem d. Gregorii (ho. 13. in Ec.) Glossa ordinaria reddit rationem, quare maioris fortitudinis argumentum sit seipsam, quam urbes vincere: quia urbes sunt extra nos, appetitus vero sensitivus intra nos est; constat vero, difficilius vinci inimicos domesticos, quam externos; hinc Horatius poeta dixit (ode 2. lib. 2):****

Latus regnes, avidum domando
Spiritus, quam si Lybiam remotis
Gadibus iungas, et uterque Paenus.
Serviat uni:

quibus consonant alia egregia Boetii carmina in hunc modum eloquenter dicentis (de consol. lib. 3. met. 5):

Qui volet esse potentem,
Animos domet ille feroces:
Nec victa libidine colla
Fœdis submittat habenis,
Etenim licet iudica longe
Tellus tua iura tremescat,
Et serviat ultima thule,
Tamen atque pellere curas,
Miserasque fugare querelas,
Non posse, potentia non est.

Iam ad reliquum non minus celebrem Marianum nominis significationem accedamus, si placeat.

Sanctus Isidorus (7. Ethym.); divus Bernardus (ser. de nat. Mar. et sup. Miss.); divus Bonaventura (in spec. B. V. c. 3); venerabilis Boda (in Luc. cap. 1), et doctissimus Eucherius (de altercat. synag. et ecd.) interpretantur Mariam, ut idem sit, quod illuminata, seu, Illuminatrix: quae duo cognomina, quam perfecte Deiparae Mariae congruant, latius, si placeat, elucidemus. Albertus magnus (in Commentario super caput primum Dominam, et reginam nominant. O barbarum, ac stolidum argumentandi genus! numquid Abigail, quae se ancillam famulorum David profitebatur, uxor ipsius David non fuit? numquid Esther (c. 14), quae se vocavit ancillam regni Persarum, et Medorum, sceptrum non tenuit? quid ergo obstat, impie haesiarcha, eandem simul esse Creatoris ancillam, et creaturarum dominam? nonne totas orbis reginae, velint, nolint, Dei principia sunt? Sed calviniano sprolo delirio, adhuc excellentius aliud domini ius in beata Virgine emicuit, quod omnem aliam dominantium rationem longo intervallo superat; ad perfectum sensitivum appetitum dominium habuit, iuxta illud (Gen. 4): *Sub te erit appetitus tuus, et tu dominaberis illius. De hoc genere domini loquens Salomon (Proverbiarum 16) dixit: *Melior est patiens viro fortis, et qui dominatur animo suo, expugnatore urbium: Septuaginta interpretes legunt: *Qui dominatur urae, melior comprehendente civitatem. Paraphrasis autem chaldaea: *Melior, inquit, est lentus ira animi, quam fortis; et qui dominatur sibi ipsi magis, quam ille, qui caput provinciam. Nicolaus de Lyra in Commentario huius loci refert, Diogenem philosophum dixisse Alexandro Magno, qui multas urbes expugnaverat, quod erat servus servi sui, quia Diogenes per rationem dominabatur suo sensitivo appetitu; Alexander vero magnus serviebat appetitu suo. Ex doctrina autem d. Gregorii (ho. 13. in Ec.) Glossa ordinaria reddit rationem, quare maioris fortitudinis argumentum sit seipsam, quam urbes vincere: quia urbes sunt extra nos, appetitus vero sensitivus intra nos est; constat vero, difficilius vinci inimicos domesticos, quam externos; hinc Horatius poeta dixit (ode 2. lib. 2):****

selmus (*lib. de excel. Vir. cap. 7*): *Licet ipsi Apostoli per revelationem Spiritus sancti edocti fuerint in omnem veritatem incomparabiliter, tamen eminentius, ac manifestius ipso per eum Spiritum veritatis, illius veritatis profunditatem intelligebat, et per hoc multa eis per hanc revelabantur, quae non solum in se simpliciter scientia, sed ipso effectu, ipso experimento didicerat.* Verum obiciunt Marianae fidei hostes, cum de incarnationis mysterio dubitasse, dum angelo sibi illud nuntiavit dixit (*Luc. 1*): *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognoscit? sed perdocte, et luculenter respondit Eusebius Emysenus in haec verba (ser. 4. ante Dom. 2. Adc.): Non dubitat fieri, quod angelus fieri promittit: interrogat tantum, quomodo fiet? quoniam quavis virginem aliquando paritum audierat, dicit enim Isaias (c. 7): Ecce Virgo concepit, et pariet Filium, quomodo tamen pariet, non dicit: quia igitur virgo est, et virum non cognoscit, quomodo pariat, et virgo maneat, interrogat, quia nulli adhibere revelationem erat. Rursus Deipara Maria non solum fidei, sed theologicae sapientiae lumine divinitus infuso, quo distinctius fidei arcana cognoscuntur, valde illustrata fuit: ita docent communi consensu patres, d. Bernardus (*hom. 4. in Missus*), Bonaventura (*de lav. Virg. c. 8*), Anselmus (*lib. de excell. Virg. c. 7*), et d. Bernardinus (*ser. 4. art. 1. c. 4*), qui ait: *Quantum ad rationem, et intellectum, tanta est sapientiae claritas a Deo superfusa est, quod perfecte superintelligebat creaturas, et Creatorem, et omnia bona amplectenda, et mala fugienda; et Albertus magnus (lib. de b. Virg. cap. 96) ait, beatam Virginem simul cum habitu fidei habuisse actum, quo perfectus, quam Adam in sopore, et quo Ioannes super pectus Domini, et quam Paulus in raptu cognoverit mysteria supernaturalia: ac tandem d. Anselmus (in hom. super evangel. Lucae cap. 10) super illa verba, Intravit Iesus in quoddam castellum, sic ait: Christus, ut dicit Apostolus (1. Cor. 1), est Dei virtus, et Dei sapientia, et in eo sunt omnes thesauri sapientiae, et scientiae Dei, et Christus est in Maria: ergo omnes thesauri sapientiae, et scientiae Dei sunt in Maria. Sed non solum rerum supernaturalium, sed et naturalium, in quibus, non quo sanctorum, eo peritiores esse solent Sancti, limpidissimam habuit cognitionem, ut lestantur Iacobus episcopus Christopholanus (*trac. super Magnif.*), d. Antoninus, et Albertus magnus ab eo relati; idque ex eo satis verisimile fit: nam rerum naturalium, et moralium cognitio inquit valde ad perfectam sacram Scripturarum intelligentiam, ad perfectionem theoreticam doctrinae, ad reseranda, et suadenda obstrusa fidei arcana, et ad consummatam in rebus agendis prudentiam. Cum ergo in his omnibus praexcellens fuerit b. Virgo, consequens est, perfectissimam rerum naturalium cognitionem ei non defuisse: sed nec etiam prophetiae claro lumine caruisse, tota Patrum antiquitas probat: S. Cyrillus (1. in Isai. orat. 5), Epiphanius (*haer. 78. sub fin.*), Nazianzenus (*or. 42. quaest. 2. in Pasc.*), Gregorius Nyssenus (*de testim. ex. vel. testa. con. Iud. c. de nat. Christi ex Virg.*), Ambrosius (*sup. Luc. 1*), Augustinus (*lib. 17. de Civitat. Dei c. ult.*),**

Eusebius (*lib. 7. de daem. c. 6*), d. Thomas (3. p. q. 27. a. 5. ad 3), Galantinus (*lib. 7. de arcana. c. 4. 5. et 12*), specialiter tamen d. Basilus (*super Isai. cap. 8.*), exponens illa verba Isaias: *Accessi ad prophetissam, et in utero concepit, in hunc modum loquitur: Quod Maria prophetissa fuerit, ad quam proxime per spiritum propheticum afflata spiritu, eloquuta est: Magnificat anima mea Dominum; ad cuius Cantici verba si parum animum accommodaveris, non utique per dissidium negabis Virginem veram prophetissam fuisse. D. etiam Hieronymus super Isaiam (cap. 6), licet aliam illius loci expositionem sequatur, ait tamen: Quidam prophetissam sanctam Mariam interpretantur, quam prophetissam fuisse, non dubium est: ipsa enim loquitur in Evangelio: Ecce enim amodo beatam me dicent omnes generationes; haec Hieronymus: sed Rupertus non contentus illam prophetissam vocasse, archiprophetissam illam fuisse docet, dum ait: *Prophetissam esse prophetarum, quae et prophetas docuit, et de ipsa omnes prophetae prophetarunt.* Addunt etiam Patres, variis revelationibus frequenter illustratam Virginis mentem, quotidie enim ab angelis visitatam in infantia sua, dum in templo commemoraretur, referunt id d. Bonaventura ex Hieronymo (*apud d. Bonav. lib. medit. Christi c. 3*), Gregorius Nicomediensis (*hom. de obla. Virg. in templo*), Cedrinus (*in compend. hist.*), et Andreas Cretenensis (*serm. de assum.*), qui vocavit beatam Virginem, fontem divinarum revelationum, qui exhauriri non possit; et b. Laurentius Lusitanus ait: *Nec angelica tantum, veram etiam Filii ingit visionem, ac colloquio exultavit: illi enim coelestis visio debebatur, cui incomparabilis gratiae inerat plenitudo. Quid plura? maiora certe et sublimiora commemorabo. Equidem licet d. Athanasius (*ser. de sanctissima Deipara*), negat illam in die incarnationis clare vidisse Verbum divinum; non tamen desunt gravissimi doctores, quibus assentior, constanter asserentes beatam Virginem, dum mortali corpore induta erat, clara, ac intuitiva visione divinam essentiam conspexisse: nam praeter Albertum magnum (*relat. a d. Anton. in Fra. cit.*), Dionysium (*de coel. hier. art. 18*), Richelium Gersonem (*alph. 88. tit. 9*), Ubertinum Casalium (*lib. 1. arb. vitae Crucifixi c. 9. in fin.*), Villanovam Archiepiscopum Valentinum (*ser. de resur.*), et moderniores alios doctores, nonnulli etiam illis antiquiores patres eandem sententiam subscribere: Rupertus enim super Cant. in illa verba (*Cant. 4*): *Oculi tui columbarum*, ait (*lib. 3. in Cant.*), beatam Virginem raplam fuisse in tertium coelum, et vidisse arcana mysteria, quae non licet homini loqui, perfectus, et excellentius, quam Paulum: similia scripsit d. Antoninus (3. p. tit. 15. c. 17): *In ipso conceptu, vel partu illi datum est ad horam, ut videret mysteria huiusmodi, ut in patria, sicut Paulus vidit in raptu; pro quo adducit d. Bernardum (hom. 4. super Missus), dum ait: Illi solum datum esse nosse, cui datum est experiri, ut qui soli Patri notus est, sit et illi. Ac tandem d. Augustinus (12. super Gen. ad lit. c. 27. et 28.***

et ep. 112. ad Paul. c. 12), et d. Thomas (1. p. q. 12. a. 11. et 22. q. 175. a. 3) concedentes id Moysi, et d. Paulo, quia ille fuit primus doctor Iudaeorum, et Paulus primus doctor gentium, minime id Virginem denegare possent, quae fuit etiam Apostolorum doctrina, et magistra: maxime cum gratiae, et privilegia servis Dei concessa eiusdem Genitrici non sint deneganda, ut Bernard. docuit (*epist. ad Canonic. Lugdunen.*): unde si Moyses Dei visionem obtinuit, media illa ratione, quam libro Exodi legimus (*cap. 33*): *Si inveni gratiam in oculis tuis, ostende mihi faciem tuam; mihi dubium non est, idipsum facilius beatam Virginem impetrasse, cui angelus dixit (Luc. 1): Invenisti gratiam apud Deum; et quae prae amoris magnitudine ardentius, quam Moyses Sponsi faciem intueri desiderabat, ut varia Canticorum verba satis indicant. Deinde quia d. Thomas (p. p. q. 94. art. 1) non reputat inconveniens concedere, Adamum in sopore illo mysterio visisse divinam essentiam: ergo si ille tunc cum vidit, quia educto Eva ex costa illius dormientis mysterium incarnationis praesignabat, magis cum ratione consentaneum est, Mariam illam vidisse, in qua, et ex qua Verbum divinum carnem assumpsit: immo licet Paulo, et Moysi huiusmodi privilegium non concedatur, non est, cur illud b. Virgini denegemus, saltem in die incarnationis, vel resurrectionis. Unde extatius ille Dionysius (*de coel. hier. a. 18*) constanter asserit, certum esse Virginem aliquando in hac vita mortali vidisse divinam essentiam. Sed venio ad aliud genus cognitionis, de quo non potest esse concertatio, nec opinionum diversitas, in quo b. Virgo omnem creatam cognitionem excellit: nam, ut docuit d. Anselmus (*lib. de excell. Virg.*) nulla non solum simplicis scientia, sed ipso effectu, ipso experimento didicerat de mysteriis Domini nostri Iesu Christi: et d. Antoninus (4. p. tit. 15. c. 17. §. 1) apponit ad id optimum exemplum: *Vidit, inquit, et experta est, se concepisse, non opere humano, et se peperisse parvulum cum virginitalis honore.* Faciunt ad idem praecitata verba d. Bernardi (*homil. 4. in Missus est*): *Soli datum est nosse, cui datum est experiri. Denique non potuit non magnum incrementum sapientia Virginis in dies suscipere ex frequenti sacram Scripturarum lectione, et divinorum arcanorum meditatione: ut enim dixit Origenes (homil. 6. in Lucam): Habetur legis scientiam, et prophetarum ratiocinia quotidiana meditatione cognoverat: unde d. Ambrosius (lib. 2. de virginib.) inquit: *Tunc minus sola esse videbatur, cum sola esset, non quomodo sola, cum tot libri adessent, tot archangeli, tot prophetae? d. etiam Augustinus alloquens Virginem (ser. de Nativ.) ait: Recole, Maria, propheticae lectionem: nec enim te scientia potest divinorum praeterire librorum, quae ipsam plenitudinem pariter et prophetarum. Ac tandem d. Gregorius Nyssenus (ser. de nativ.), et Sophronius (ser. de Assump.) affirmant, Deiparam Mariam a tenera aetate perfecte didicisse sanctam linguam, et quandiu in templo vixit, lectioni sacram Scripturarum, et meditationi vacasse.***

Atque hinc est, quod cum b. Virgo tantis divini luminis fulgoribus, tamquam multiplici naturalium, et supernaturalium rerum limpidissima cognitione poliretur, facile aliorum illuminarum esse potuit, ut et nomen Mariae praesefert, quod illuminaricem significat praecitati patres non admodum erant. Unde ipsi crebro, cum de Virginis laudibus sermonem instituit, Ecclesiae catholicae, ac Apostolorum principum illius doctrinam, ac sapientissimam magistram extitisse uno ore contestantur; praesertim tamen d. Ignatius martyr (*epist. 1*), et Anselmus (*lib. de excel. Virg. c. 7*), necnon et d. Bernardus (*ser. 4. super Missus*), dum ait, Mariam evangelistas illuminasse, iuxta sui nominis ethymologiam, nam Maria illuminatrix interpretatur. Unde d. Ambrosius de Ioanne evangelista ait (*1. de Inst. Virg. cap. 7*): *Mirum non esse, prae ceteris loquentum fuisse mysteria, cum ei praesto esset aula coelestium sacramentorum: et Rupertus (de glor. et hon. Filii hom.), inter alia praecitata dicit, Virginem habuisse tempus tacendi, et tempus loquendi, priusque tacuisse, quamdiu Christus in hoc mundo vixit, cum conservabat, et conferebat in corde suo omnia divina verba (Luc. 2); et erat hortus vere conclusus, et fons signatus; posteriori vero tempus, a Christi Domini ascensione, in quo erant emissiones eius paradisi (Cant. 4), et flavus distillans labia eius, locatam fuisse. Unde non immerito beatam Virginem delatam fuisse putarim apud gentilitas scripturas per sapientissimam Minervam, quam ex cerebro Iovis ortam esse ethnici commentabantur; apud sacra vero volumina per Deborah, quam filios Israel publice edocebat, et pro columnam nubis fulgentissimam, quae eosdem per desertum dirigebat (Exod. 13).*

Atque hinc est, quod Beda, ut refert Glossa ordinaria super illud, *Maria conservabat omnia verba haec*, dixit: *Omnia, de Domino, vel a Domino dicta, vel acta commemorat Virgo Mater, in corde diligenter retinebat, et sollicite cuncta ad memoriam commendabat, ut, cum scribendi, vel praedicandi eius incarnationis tempus adveniret, sufficienter universa, prout essent gesta, quae verbum explicare possent.* Hinc etiam doctissimus Rupertus abbas (*in Cant. c. 1*) inter alia laudes, quae beatam Virgini tribuit, haec commemorat, quod esset Apostolorum magistra, et in multis subobscuris eorum mentes illuminaret, primo Apostolorum concilio Hierosolymis coacto adfuerit: verba eius, licet non pauca, quia tamen dilata, silentio non praeteribo: *Horum, inquit, discernerorum utique magistrum magistrorum, id est, Apostolorum, iuxta illud (Cant. 4): Fons hortorum, puteus aquarum viventium, quae fluent in tempore de Libano: an quia Spiritus sanctus illis docuit, idcirco tua vocis magisterio non illis opus fuit? immo vox tua, vox illis fuit Spirituum sancti, quiquid supplementi opus erat, eisdem mortalibus, vel testimonii ad confirmandum singulorum sensus, quos acceptant ab eodem Spiritu dicente singulis, prout vult, ex religioso ore tuo preceperunt, instructo ad loquendum, bene composito ad tacendum, pro tempore erat opportunum. An quia loco supra*

memorato de Actibus Apostolorum (c. 15), ubi facta seditione propter caeremonias iudaicas, conveniunt apostoli, et seniores eisdem de verbo hoc, nullam tui mentionem Scriptura fecit, dicitur putandum est, quod conventus ille te miserit, et sanctum de tuo pectore, et de tuo ore Spiritum non consulerit? Immo et ille, et in ceteris agendis, tu principis omnem solvisti quaestiones, ita tamen, ut non clamaves, neque contenderes, nec audiret vox tua foris: quia sicut ante nos dictum est: Tu sola es Virgo, quae unicevram haereticam praevitatem interemisti: haec enim Rupertus. Immo Canisius (lib. de B. Virg. c. 1) affirmat, Deiparam in praedicto Apostolorum concilio caput extitisse, sed minime gentium id credam, arbitrator quidem interfuisse, sed non praefuisse: cum enim illud concilium, quod primum omnium fuit, futurum esset in Ecclesia catholica reliquorum, quae in illa celebranda erant, certa regula, et norma, oportebat quidem non aliud esse caput illius, quam summum Pontificem Petrum: unde non dubito, quin in publico illo concilio ipse, lanquam caput Ecclesiae a Christo Domino constitutum, primam sedem habuerit, et capituli munus gesserit: unde d. Bernardus (de verb. Apoc. super Signum magnum) postquam adduxerat verba illa: *Hi omnes perverebant unanimiter cum mulieribus, et Maria matre Iesu, subdit: Ita ne, et mulierem esse ultimam exhibebat, ut novissima omnium poneretur? merito facta novissima prima, quae cum prima facta esset, omnium sese novissimam faciebat.* Quibus verbis non obscure indicat d. Bernardus, cum Apostoli essent perseverantes unanimiter in oratione (Aetor. 1), tunc Deiparam novissimum e legisse locum. Sed ad rem nostram revertemur, propter haec eximiam b. Virginis sapientiam, Ecclesia catholica vocat illam haeresium interemptricem: *Cunctas haereses sola interemisti in universo mundo: quod et discretis verbis dixerunt Athanasius (ser. de sanctis. Deip.), Hieronymus (ser. de Assump.), Bernardus (ser. super Signum magnum, et super Salve Regina), et Rupertus (l. l. in Cant.).* Dicitur autem cunctas haereses interemisse, quia exemplo suae fidei, et doctrina, qua Apostolos multipliciter illuminavit, singulari modo cooperata est ad extirpandos omnes errores. Quamvis infans non ibo, id propter alias etiam rationes verificari posse, nimirum quia genuit illum, qui cum sit solus iustitiae, lucem intulit mundo ad interemptionem omnium haeresium sufficientem; et quia ipsa principem tenebrarum deiecit, qui est auctor omnium haeresium; et quia tandem speciali suo favore adjuvat fidei defensores ad expugnandos haereticos, et falsa eorum dogmata confutanda. Ad extremum accedit ad commendationem mirabilis sapientiae beatae Virginis, quod non ab hominibus fuerit edocta, sed partim a Deo ipso immediate, partim per angelos, aut sacram Scripturam: sic enim illud observavit d. Bernardus (hom. 4. super Miss.), dum ait: *Deiuit, ut ab angelo potius, quam ab homine mysterium discretet, ne mater a consiliis Filii aliena videretur, et ut ipsa rerum tempus, et ordinem melius tenens, scriptoribus, et praedicatoribus evangelii reseraret veritatem, quae,*

et plena de omnibus a principio coelitus fuerat instructa mysteriis.

Alque hinc est, seculum Virginis nullis erroribus fuisse admixtum, immo existimaverim, intellectum eius in nullo rerum genere errorem aliquo fuisse unquam obscuratum, aut ignorantia alienius rei ad proprium statum pertinentis, laborasse: qui enim illum praeservavit a peccati originalis labe, quae ianna fuit omnis erroris, consequenter creditor eandem praeservasse a poenis, quae Matrem Dei dedebant; dedecet autem Matrem aeternae Sapientiae, in qua erant omnes thesauri scientiae Dei, error pravae dispositionis, et ignorantia eorum quae ad proprium statum pertinent; et quidem cum huiusmodi error, et ignorantia non essent in statu innocentiae, et b. Virgo omnibus perfectionibus illius status, cum vitae mortalitate non repugnantibus, cumulatissima fuisse credatur, consequens est, omni errore, et ignorantia semper caruisse. Ac tandem, quia b. Virgo habuit plenum dominium suorum auctum: ergo potuit de rebus iudicare ea, quae certa fide, vel scientia infusa, vel speciali, aut privata aliqua revelatione cognoscebat; in aliis vero, vel suspendere assensum, vel solum iudicare, quid esset verosimilitudo. Unde esse graviter errare arbitror, qui propter illa verba Lucae (c. 2): *Existimantes autem illum esse in comitatu, requirebant etc.*, errorem Virgini tribuunt, quod iudicavit Filium suum esse, ubi re vera non erat: verba enim illa vel intelligenda sunt per synecdochem ad eum modum, quod de laetionibus dicitur, quod blasphemabant Christum Dominum, cum tamen gravissimorum doctorum sententia sit, solum unum blasphemasse. At ergo Lucas per synecdochem: *Existimantes illum esse in comitatu*, quia id ita dicitur solus Ioseph, non Maria. Vel quod mihi probabilius est, b. Virgo non iudicavit determinate esse in comitatu, sed quod, attentis omnibus circumstantiis, verosimile videbatur esse in comitatu; quod sane iudicium verum erat, et omni carens errore. Illa tamen verba, quae subsequuntur (*ibid.*): *Et ipsi non intellexerunt: ob quae nonnulli putarunt, in beata Virgine fuisse manifestam ignorantiam, duplicem expositionem satis congruam sustinent.* Prima, quod dicta sunt propter alios circumstantes, et non propter Virginem, cum Ioseph: nam cum ipsi apertissime cognovissent Christum non habere humanum patrem, non poterant non intelligere, quod cum ille dixit (*ibid.*): *Nescitis, quia in his quae Patris mei sunt, oportet me esse?* loquebatur de aeterno Patre. Secunda expositio sit, quod esto de b. Virgine dicta sint verba illa, sensus eorum est, quod non intellexerunt rationes, ob quas Christus Dominus ea profudit, et quid vellet illis significare: ita Origenes, et Theophylactus (in Lucam), et Iansenius (cap. ult. suae Concordiae).

Tandem, ut quae ad Marianum nomen spectant, absolvam, et quae ex varia lectione concepti, penitus exhaustam, duo observanda censui. Primum, quod praeter supra allatas nominis Mariae celeberrimas interpretationes, quas sanctorum Patrum communis consensus accepit, partim ex hebraica, ut mare, et maris stella,

illuminata, vel illuminatrix; partim ex syriaca, ut domina, vel dominans, alias singularissimas eiusdem significationes reperio. Prima est, quod Maria interpretatur *Dominus ex genere meo*: huius auctor est d. Ambrosius (de instit. Virg. c. 5); quae si vera interpretatio est, nemo sane poterit inficiari, nomen hoc non esse consonum rei, cum b. Virgo Christum supremum omnium dominum generit. Secunda est, Marianam significasse spem: hanc tradidit Epiphanius dicens: *Mariam interpretari solemus Dominam, atque etiam spem: peperit enim Dominum, qui est spes totius mundi, unde et ipsa dixit (Eccles. 24): Ego mater pulchrae dilectionis, et timoris, et agnitionis, et sanctae spei.* Tertia, ut idem polleat Maria, quod *imitatrix Dei*: hanc refert, et acceptat Episcopus Rutilius (lib. super Magnificat c. 22. dub. 5) hebraice idiomatis peritissimus. In eo autem potissimum sitam esse rem hanc imitationem, quod sicut Deus Deum generat, sic Maria eundem Deum genuit; et sicut Filius Dei ab aeterno fuit genitus de substantia Patris, ita idem secundum humanitatem in tempore genitus fuit ex substantia Matris; et sicut natus illa aeterna absque ulla corruptione fuisse nascitur, sic natus eiusdem temporalis Matris integratem non minuit, sed servavit. Alii tandem alias interpretationes assignant, quas idem Rutilius refert, nec refellit; nimirum, ut liceat interpretari, idem valere Mariam, quod *Deus de conceptu*, sive de partu modo, vel ut aliis placet, *de monte*, vel *de altitudine Dei*. Secundum quod observandum duxi, duplicem apud haereticos esse receptam Mariani nominis interpretationem, omnino a catholicis exorandam: impius enim Lutherus (in festo Ann. impug.) in postilla circa evangelium in festo annunciationis Mariae ait: *Mariam apud haereticos idem sonare, quod apud nos, guttula, quae hydris adhaeret, quae si mori, aut magno fluxu coarparetur, nihil quidem est.* Victorinus vero haereticus cum novatoribus et graeco idiomate nomen Mariae deducens, *miseriam* significare docuit; sed se catholicae Ecclesiae romanae hostes profiteretur; sibi serant has sycothanticas interpretationes, ex supercilio eorum mente mendacissime confectas; ad extenuandum clarissimum, ac sacrerimum Mariae nomen nihil magnum, aut excelsum illud significare nitentes, nos prisco-rum Patrum expositiones, ut patet est, suspicientes, ac venerantes, Mariam, *anarum, mare, Dominam, stellam maris, illuminatam, et illuminatricem* significare fatebatur. Sed nec possum, nec debeo Erasmi impiam audaciam non retundere, dum (in primum cap. Math.) grammatica inflatione intumescens, enixe postulat a nobis, ne *Mariam* per trisyllabum, sed per dissyllabum, *mariam*, vel *maria* pronunciemus: meminisse enim hunc satyrum oportebat, quod LXX. peritissimi linguarum interpretes, qui multis retro annis b. Virginem antecesserunt, Mariae nomen amplexi fuerant, ac veteris testamenti libris illud inseruerant; unde tam Patres illius, quam istius, unanimi consensu trisyllabum Mariae semper usurparunt; quae igitur Erasmi impudentia est, qui mavult Ecclesiae dare legem, quam accipere? Meminis-

se etiam debebat, d. Paulum prophanas, et horridas vocum novitates longe fore ab Ecclesia Christi polysandans. Timotheum sicut discipulum docuisse. Quo ergo iure Erasmus de multiplici haerese vehementer suspectus, sacrosancti et dulcissimi nominis Mariae mutationem in Ecclesiam Christi involvere gestit? Nos catholici, Ecclesiae romanae germani alumni, Mariam cogitamus, Mariam pronunciamus, Mariam invocamus. Marianum huius nominis singulas literas, nulla dempta, amplectimur, et veneramus, honorem nomini illius deferentes, quae auctorem vitae nobis genuit Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA IX.

In honorem natalis Deiparae Mariae, de eius excellentia sub metaphora libri disseritur in illa verba: Liber generationis Iesu Christi, quae variis animi conceptionibus exornatur.

Metaphoram hanc libri prosequitur, in medium producere compellit liberos omnes, quos sacra commemorant eloquia, inter quas a quibusdam mystice libri b. Virginis adnumeratur, qui profecto alios longe excedit. In illorum numerum primum refero librum vitae, cuius meminit Daniel (c. 12.) dicens: *Salvabitur populus tuus, omnis qui inventus fuerit scriptus in libro: de hoc libro loquutus est Christus Dominus, cum dixit (Luc. 10.): Exultate, quia nomina vestra scripta sunt in caelis; et Anglicus doctor de illo agens (in p. p. q. 24. art. 1.)* suae theologiae in hunc modum illum describit: *Liber vitae in Deo dicitur metaphoricè, secundum similitudinem a rebus humanis acceptam: est enim consuetum apud homines, quod illi, qui ad aliquid eliguntur, describuntur in libro, ut pole milites, vel consiliarii, qui olim dicebantur, Patres conscripti; patet autem, quod omnes praedestinati eliguntur a Deo ad habendam vitam aeternam; ipsa ergo praedestinatorum conscriptio dicitur liber vitae: haec ille. Quidam autem scribantur ibi, ut habituri vitam aeternam in se ipsa; alii vero, ut habituri illam in causa salutis, quia gratia, cuius ad tempus participes erant, semen esset causae vitae aeternae, de quibus David (Psal. 67.): *Delantur tibi libri viventium.* Est autem clausus ad liber iste, ut Ioannes testatur, vidisse illum septem sigillis obsequatum, et quod nemo, nisi solus Agnus, poterat illum aperire, quasi diceret; librum illum ad esse difficilem, ut solus Deus eius auctor sciret illum legere. Christus etiam Dominus sub libri metaphora designatur: Ieremias enim dixit (c. 32.): *Sume tibi librum emptio-nis hunc, qui apertus est, et pone illos in vas fictili; nomine quippe libri signati Verbum divinum intelligit cooptum, velut membrana, fictili carne.* Hic ergo liber Christus Dominus dictus fuit, cum semel loquutus est Deus, ex propria substantia verbum eruclans; fuit ligatus in officia uteri materni, quando vinculo,*